

2259

C O D I C E S

2260

finus gradus caritatis est diligere amicum &c. Extat inter *Bona-venturae Opera* T. VII. edit. *Lugd.* 1668. p. 19. f. sed Librarius noster aliquantum contraxit. Ad calcem adjectae sunt rubro variae *Paroemiae* lingua teutonica, etiam rhythmicae, item sequens nota temporis: *Anno domini M° CCCC° XXXI°.* *Am andern dornstage yn der vasten do quam der alysch ken der laubaw* (Lobavia Lusatiae, Löbau) *und czeret und seyne geseln vorrytin do dy stat und czu eyner gescheydekeit retin dy keczer vor Bude-sin und czeret mit en (ihnen) und wolde do seyne bosheit bedeckin mit deme das dy keczer worbin vm ein gedinge und do en das nicht geen wolde do czogen sy von danne wen sy wol wusten das en dy leww* (Lobavienses) *vorrotin was, (proderent) das geschach am andern dynstag in der vasten.* *Alysch* supra nominatus *Alzo* si-ve *Alexius* ille *Scopeck* fuisse videtur, quem cum reliquis nobilibus *Hussi* afeclis literas ad *Lusatiae* civitates dedisse perhibet *Job. Cochlaeus Hist. Hufs.* L. V. p. 201.

DXCII.

621 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 223. 4. non una manu conscriptus procedit, ut sequitur: I. Opus *asceticum* constans *Capitibus* LV. quorum *Elenchus* ad calcem est, inscribitur minio: *Prefacio de seueritate et*

distriotione diuine iusticie ad causandum timorem contra negligenciam et stultam securitatem. Initium: *Cum fidelissimam illam saluberrimamque domini nostri ihesu christi admonicionem, qua Math. 16. Marci 8. et Luce 9. dicit, Quid enim proficit homini &c. cum inquam illam animo pertractare ac solicite de anime proprie michique commissorum salute cogitare cepi &c.* Vides Autorem religiosae cuidam Familiae prae-fuisse, aut Pastorem animarum egisse. Capituli I. Argumentum: *De diligencia lectionis et audicionis verbi dei et de periculis et malis ignorancie.* Et sic deinceps de Fide, quatuor Novissimis, Spe, Confessione Peccatorum &c. Multus est Noster in adferendis S. Scripturae et PP. locis, quin et *Scotum, Petrum de Tarentasia, Gersonem &c.* excitat, unde de *Scriptionis* tempore coniectes.

II. fol. 202. Incipit *probemium de Arte moriendi* In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Initium: *Cum de presentis exilij miseria &c.* Libellus in sex particulas diuisus, in Preces apud Moribundos fieri solitas definens, figuris *xylographicis* insignis inter prima Impressionis *tabellaris* specimina pluries comparuit, quae recenset *Heineckius* in *Idée generale d'une Collect. complete d'Estamp.* et eod. Opere etiam germanice vulgato, et nos Opusculum indicavimus *Codd.* pluribus, ut *Index* docet. Ad calcem nobis additur:

Qui

Qui me scribebat. dremel cognomen habebat.

III. fol. 214. *Hystoria edificatoria de Tangdalo de bybernia qui mortuus ad quartam diem reuixit. multas penas et gaudia caelestia. quas uidit et expertus est. narrauit. Adi Exemplum uberius Cod. CCCXXVI. Hic enim Marci interpretis deest Praefatio.*

IV. fol. 228. p. 2. Opusculum rursus asceticum, cujus ingressus: *Hic continentur duodecim capitula de quarundam virtutum. Et iis enumeratis: Quoniam de virtutibus scribere proponimus. Congruum est. ut ab illa virtute incipiamus. unde incepit ipse dominus virtutum christus ihesus saluator mundi eamque pro fundamento collocemus. Haec porro est Humilitas, quam sequitur Obedientia, proprie voluntatis dimissio, paciencia, Vita abstracta &c. Autorem Belgam fuisse suadent, quae narrat contigisse Bruxellae in Hospitali S. Iohannis Sorori cuidam infirmis ministranti.*

V. fol. 254. *Omelia beati gregorij pape de negligentia prelatorum et sacerdotum circa subditos suos valde dura. Dura haec, ut Nostro visum, Homilia est T. I. Opp. Gregorij edit. Maur. 1705. col. 1496. ordine XVII. in Evang. Lucae C. 10. Designavit.*

VI. fol. 258. *Incipit Speculum peccatoris beati augustini episcopi. Quoniam karissimi in via sumus seculi &c. Spurium et a Maurianis in Append. T. VI. col. 155. reiectum.*

Denis Codd. Tbeol. V. I. P. II.

VII. fol. 262. absque inscriptione Commentarius in Cap. *Firmiter de Sum. Trinit. et fide cathol. Decretal. Greg. IX. L. I. Tit. 1.* qui incipit: *Hec sancta trinitas secundum indiuidua et secundum personales proprietates discreta primo per moysen &c. Et finit: Adimplebis me leticia ad quam leticiam nos perducatur trinitas indiuidua in secula seculorum benedicta. Amen.* Adjungitur Index omnium *Quaestionum*, quae in hoc tractatu enucleantur, ad cuius calcem: *Explicit registrum Anno domini 1481.* Nec in magna *Repetitionum Jur. Can. Collectione*, nec in *Tract. Tractatum* Commentarius hic obuius.

DXCIII.

Codex chartaceus germ. Sec. 81*
XV. Folior. 239. 8. caractere luculento rudique exaratus primo continet Institutionem Magistri cuiusdam de sacra Corporis dominici Communione Documentis XIV. comprehensam, cuius initium: *Also spricht der edel king dauid in dem psalter, ber, tochter vnd siech vnd naig din or bie zu wan der king haut dine schiene begeret. Ach ewige wisheit wie sint din züg so minrich wie ist din insprechen so sieß vnd so haimlich &c.* Fol. 166. eadem lingua *Symbolum Fidei CPolitanum*, et deinceps XIV. *Mortes a Christo in cruce toleratae, Oratio ad B. V. Commentatio de Anima,*
X x x in